V c 2755

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0002-5

E.22,56.

V c 2755

VITA

Fortiſſimi & laudatiſſimi ducis DD.

MAVRICII SAXONIAE QVONDAM ELECTORIS

Græcè conſcripta ac in Latinum ſermonem conuerſa

A

Simone Stenio Lomacenſi.

HEIDELBERGAE

Typis *IOSVAE HARNISCH.*

M. D. XCIII.

.22:

ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO D. FRIDERICO IIII. COMITI PALATINO, DVCI BAVARIÆ, ELECTORI, Domino ſuo clementiſſimo fauſtum noui anni auſpicium precatur Simo Stenius.

INtuens ego in pericula, quæ Germaniæ imminent tum ab Othomanica potentia, tum à Pontificia, ſæpe recordor Mauricij Saxoniæ quondam Electoris, cuius virtute vtramq; à ceruicibus noſtris depulſam eſſe qui negat, & inuidum ſe is & ingratum fateatur neceſſe eſt: quibus vitijs haud ſcio an laboret Flaciana factio, quæ vt viuentem probris inſectata fuit, ſic mortuo etiam nunc obtrectat, eodem animi morbo, & eadem criminandi libidine, qua vſa eſt & vtitur in vita & manibus exagitandis laudatiſſimi Electoris Chriſtiani, cui Mauricius patruus fuit. Ceterùm turpe credo ſit illos diligentiores eſſe in optimis principibus deformandis, quam nos in ijſdem ornandis. Atq; hæc cauſa me impulit vt rerum à Mauricio geſtarum breuem ſynopſin complecterer ex Panegyricis doctiſſimorum & diſertiſſimorum virorum narrationibus decerptam. Quam ſtrenulæ loco, illuſtriſſ. Elector, ad tuam Celſitudinem mittendam eſſe duxi ea gratia, quod viderem, tempora hæc Mauricianis non eſſe diſſimilia, & difficultates eaſdem propemodum in pari rerum Germanicarum perturbatione & maiorum confuſionum metu initio gubernationis tuæ offerri. Ex quibus omnibus vt feliciter te, quemadmodum ſuperiori anno, ſic & hoc, quem modo auſpicamur, & ſequentibus, expediat omnipotens & miſericors Deus & ego precor & mecum omnes boni. Dab. Calend. Ian. Ann. 1593.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0004-7

VITA

MAVRICII SAXONIAE QVONDAM ELECTORIS, &c. GRAECE AC LATINE CONSCRIPTA.

Ἔμελλεν ἄρα μηδὲ ὁ καθ' ἡμᾶς βίος, ὥστε χρήσασθαι ἐμὲ τοῖς Ἑλληνός τινος ῥήμασιν, ἄμοιρος ἔσεσθαι ἀνδρῶν λόγου μνήμης ἀξίων. λέγω δὲ εἴς τε τοὺς ἄλλους ἀναφέρων, καὶ μάλιστα εἰς Μαυρίκιον ἄρχοντα τῶν ἑπτά πολε καὶ ἡγεμόνα τῶν Σαξόνων γενόμενον. περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων γέγραπταί τε καὶ δεδήλωται τοῖς ἄλλοις. περὶ δὲ Μαυρικίου, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ σοφίᾳ διαβοήτων ποιήματά τε καὶ λόγους κατέλιπον, οὐ μὴν πάνυ ἀπρεπὲς ἡγησάμην καὶ ἐμὲ διηγεῖσθαι τι, ἀμφοῖν ἕνεκα. ὡς ἐκεῖνός τε διὰ μνήμης εἴη τοῖς ἐπιγινομένοις, τόγε κατ' ἐμέ, εἰς τὰ κάλλιστα ὑπ' αὐτοῦ εὐεργετηθέντα ὅσον εἰς παιδείας ἀφορμὴν (καὶ γὰρ κομιδῇ παῖς ὢν εἰς τὸ περιφανὲς καὶ ἀοίδιμον τῆς Μισένης διδασκαλεῖον, τῇ τε εὐσεβείᾳ καὶ ταῖς μούσαις ὑπὸ τοῦ Μαυρικίου καθιερωθέν, ζῶντος ἔτι αὐτοῦ ἀνελήφθην) καὶ οἱ γενναιότατοι καὶ εὐγενέστατοι τῶν νέων καὶ πρὸς ἀνδρείαν καὶ στρατηγίαν ὁρῶντες ἔχοιεν μὴ τὰ ἀρχαῖα μόνα καὶ ξένα τῶν παραδειγμάτων ζηλοῦν, ἀλλὰ κἀκ τοῦ ἡμετέρου βίου οἰκεῖα οἱονεὶ κανόνα προτίθεσθαι, πρὸς ὃν σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίσαιεν ἄν. καὶ πρῶτον μὲν περὶ τῶν προγόνων εὐγενεστάτων καὶ ὀνομαστοτάτων τῶν καθ' ἑαυτοὺς γεγονότων περίεργον ἂν εἴη μακρολογεῖν συνείροντα ἐκεῖνα, ἃ πολλοὶ προεπίστανται τῶν καὶ ἄκρῳ φασὶ δακτύλῳ τῆς Γερμανικῆς ἱστορίας ἐπιγευσαμένων. τί γὰρ προπάππου ἐνδοξότερον τοῦ Φειδερίκου τοῦ δευτέρου;

NE noſtra quidē ętas, vt verbis Gręci cuiusdam vtar, expers eſſe debuit virorum memorabilium. Dico aūt hoc tum ad alios reſpiciens tū ad Mauricium ducem quondam & Electorem Saxoniæ. Ac de aliis quidem litteris proditæ narrationes extāt & fortaſſe extabunt aliorum. De Mauricio verò etſi multorū eruditionis & ſapientiæ laude celebrium & verſus & orationes legimus: non tamen omnino indecorum exiſtimo, à nobis etiā aliquid commemorari, duabus de cauſsis: quarum prior eſt, vt memoria ipſius ad poſteros propagetur, quantum in me eſt, qui inſtitutionis & diſciplinæ ratione pulcerrimo beneficio ab ipſo affectus ſum (quippe primis pueritiæ annis in illuſtrem & celebrem Miſenæ ludū pietati & Muſis à Mauricio conſecratum, ipſo adhuc viuente receptus) altera vt ex iuuenibus generoſiſsimi quique & nobiliſsimi fortitudinis & bellicæ gloriæ decus ſpectantes non tātum priſca & externa exempla habeant, quæ æmulentur: verum etiam noſtræ ætatis domeſtica, tanquam normam & regulam ſibi proponāt ad quā ſeſe ipſi conforment. Ac primum quidem de maioribus nobiliſsimis & ſuæ ætatis celeberrimis ſuperuacaneū fuerit multum verborum facere atq; ea colligere, quę plerisq; nota ſunt qui vel extremis, vt dici ſolet, digitis Germanicas hiſtorias attigerunt. Quid enim abauo Friderico II, clarius?

quis virtute ſuperauit auum Albertum quem Innocentius Romanus Pontifex propter rerum geſtarũ magnitudinem dextrã Imperij manum appellare ſolitus eſt. Et Fridericum Electorẽ, quem filiũ reliquit Erneſtus Alberti frater, prudentiſsimũ principem, mortuo Maximiliano Imperatore, dixiſſe perhibẽt, ſe nullum aliũ ſucceſſorem nominaturum fuiſſe, quàm patruum Albertum, ſi tum ſuperſtes eſſet. Pater autem Mauricij Henricus, etſi Deus non dedit ei ab adoleſcẽtia uſq; ad ſenectutem τολυπεύειν, vt Homerus loquitur, ἀργαλέους πολέμους .i. tractare difficilia bella, quod tamen ad iuſtitiam attinet & pietatem & amorem veritatis ac ſtudium humanitatis, par illis fuit, etiam ſi fortitudinẽ ſpectes. Huius igitur Henrici & Catharinæ filiæ ducis Henetorum & re & nomine Magni Mauricius filius cum eſſet, neque auo ſe neq; aliis maioribus inferiorem pręſtitit, vt deinceps oſtendemus, vbi prius formam eius depinxerimus, etſi huius artificij nõ admodũ periti. Corpore fuit procero & pulcro, forma verè digna imperio ſecundum Tragœdiã, vt etiam nunc in ſtatuis apparet. Colore rubro, coma flaua, quæ adultiori ſubruffa Oculorum obtutus acer & viuidus adeo vt etiam aſpicientibus terribilis eſſet, quemadmodum de Alexandro Magno Aelianus ſcribit. Hęc de forma corporis: ſed animi effingere imaginẽ nulla oratio poterit, & minime omnium mea. Manſuetudinem enim & conſtantiam, humanitatem, & ard...

τὴν ἀρετῇ τὸν πάππον ὑπερέβαλεν τὸν Ἄλβερτον, ὃν Ιννοκέντιος τῶν Ῥωμαίων ἀρχιερεὺς διὰ τὸ μεγαλουργὲς ὀνομάζειν εἴωθεν δεξιὰν τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας. καὶ Φρειδερῖκον τὸν ξιφοφόρον, ὃν υἱὸν κατέλιπεν ὁ Ἔρνεστος τοῦ Ἀλβέρτου ἀδελφὸς, ἄρχοντα φρονιμώτατον γενόμενον, ἀποθανόντος τοῦ μεγίστου Αἰμιλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος, εἰπεῖν φασιν, ὅτι οὐδένα ἄλλο διάδοχον ἐκείνου ὀνομάσειεν ἂν ὅτι μὴ θεῖον πρὸς πατρὸς τὸν Ἄλβερτον, εἰ ζωὸς περιῆν. ὁ δὲ πατὴρ τοῦ Μαυρικίου ὁ Ἐρρῖκος, εἰ καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ ἐκ νεότητος καὶ εἰς γῆρας τολυπεύειν, ὥσπερ Ὅμηρος εἴρηκεν, ἀργαλέους πολέμους, εἰς δικαιοσύνην μέντοι καὶ εὐσέβειαν, καὶ φιλαλήθειαν, καὶ φιλανθρωπίαν καὶ δὴ καὶ ἀνδρείαν τοσοῦτος ἐγένετο, ὅσοι περ ἐκεῖνοι. τούτου τοῦ Ἐρρίκου καὶ Αἰκαθαρίνης θυγατρὸς τοῦ ἡγεμόνος Ἑνετῶν τοῦ λεγομένου τε καὶ ὄντος μεγάλου ἔκγονος ὢν ὁ Μαυρίκιος, οὔτε τοῦ πάππου, οὔτε τῶν ἄλλων προγόνων καταδεέστερον ἑαυτὸν παρέχεν ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς γνωριοῦμεν, ὑπογράψαντες πρότερον τὴν μορφὴν αὐτοῦ, καί τοι μὴ πάνυ γραφικοί τινες ὄντες. τὸ δὴ σῶμα εὐμήκης τε ἦν καὶ καλὸς, ἔχων ὡς ἀληθῶς κατὰ τὴν τραγῳδίαν εἶδος ἄξιον τυραννίδος, ὡς καὶ νῦν ἐπὶ τῶν ἀνδριάντων φαίνεται. τὴν χρόαν ἐρυθρὸς, ἡ κόμη ξανθὴ, καὶ ἀνδρὶ γενομένῳ ὑπόπυῤῥος. ὀφθαλμοὶ πολὺ τὸ γοργὸν καὶ ἔνθεον διεμφαίνοντες ἐς τοσοῦτον, ὥστε καὶ ὑπαναφύεσθαί τι ἐκ τοῦ εἴδους φοβερὸν, ὥσπερ Ἀλεξάνδρῳ τῷ μεγάλῳ κατὰ τὸν Αἰλιανόν. καὶ τοιόσδε μὲν τὴν μορφὴν Μαυρίκιος. τῆς δὲ ψυχῆς οὐ κατὰ λόγων δύναμιν καὶ μάλιστά γε τῶν ἐμῶν ἐμφανίσαι τὴν εἰκόνα. τὸ γὰρ ἥμερον ἐν τῷ στεῤῥῷ, καὶ φιλάνθρωπον, καὶ φιλό-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0006-8

ςοργον ϗ τὸ ἀνέκπληκτον παρὰ τὰ δεῖνα τῇ συνέσει ϗ δεινότητι στρατηγικῇ συγκεκραμένον, ϗ δὴ ϗ τὸ ἐπιεικὲς ϗ ἀφελὲς ϗ τὸ πιστὸν κἂν τις συναγάγῃ εἰς τὸ αὐτὸ ἅπαντα, οὐχ ὅμως διατυπώσειεν αὐτῷ λόγῳ καλλίστην τινὰ ψυχῆς κρᾶσιν ἐκ παντοίων ἀρετῶν συγκειμένην. περὶ ὧν διαλεχθεῖεν ἂν ἐπίδειξιν ποιοῦντες, ἀλλ' οὐχ οἱ τὸν βίον γράφοντες, οἷς που ἱκανόν ἐστι τὰ πλεῖστα ἐπιτέμνειν ϗ τῶν ῥητόρων παισὶ παραχωρεῖν τοῦ πάντα καθ' ἕκαστον ἐξεργάζεσθαι. τοιγαροῦν ϗ ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι ἔδοξε διὰ βραχέων συμβιβάσαι τὰ ἱστορηθέντα περὶ τοῦ Μαυρικίου, ἀρχὴν λαβόντας τῆς διηγήσεως ἀφ' οὗ ἔτη γεγονὼς εἴκοσι τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος παρέλαβε, ζήσας πρότερον ἐν αὐλαῖς ἐπιφανεστάταις τοῦ τε πατραδέλφου Γεωργίου, ϗ τοῦ Αλβέρτου ἐπισκόπου Μογουντίνου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ, ϗ τὸ τελευταῖον τοῦ Ιωάννου Φειδερίκου τοῦ ξιφοφόρου, ἀγχιστέως ὄντος. διεδέξατο δὲ ὁ Μαυρίκιος τὴν ἀρχὴν ὁπότε τὰ πράγματα πολὺν σάλον ϗ κίνησιν εἶχε διὰ τὸ ἐκστασιάζεσθαι καὶ συγκρούεσθαι πανταχοῦ πρὸς ἀλλήλους τότε, ὥσπερ ϗ νῦν, ὑπὲρ τῆς χριστιανικῆς εὐσεβείας ϗ σωτηρίου διδαχῆς τῆς πίστεως, οὐ μόνον τοὺς προεστῶτας ἐν τοῖς Εκκλησιαστικοῖς συλλόγοις, ἀλλὰ ϗ ἄρχοντας λαῶν καὶ ἰδιώτας ἢ χυδαίους. Εν τοσούτῳ οὖν ταράχῳ ὁ Μαυρίκιος τὴν ἀρχὴν διαδεξάμενος τὸ εἰλικρινὲς τῆς πίστεως τοῖς ὑπηκόοις παραφυλάττειν περὶ πλείστου ἐποιήσατο, ἡγησάμενος οὐ μόνον θησαυρῶν καὶ χώρας παμφόρου, πλήθει τε ἀνθρώπων ϗ κάλλει τῶν πόλεων ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τῆς ἀληθείας ϗ εὐσεβείας πατρῴας κληρο-

animum omnis pauoris inter pericula expertem, cui prudentia & ſollertia militaris comes eſſet, moderationem pręterea & ſimplicitatem fidemq́ꝫ, hæc omnia ſi quis in vnum colligat non tamē expreſſerit pulcerrimum animi temperamētum. De quibus diſſerere poterunt ij, qui eloquentiam oſtentant, non ij qui vitam ſcribunt. quibus ſatis eſt multa breuiter cōplecti, & elaborationem ſingulorū Rhetoribus relinquere. Vnde & nobis in præſentia viſum eſt ea, quæ de Mauricio tradita litteris ſunt, paucis comprehēdere initio narrationis ſumto ab eo tēpore quo viginti annos natus in adminiſtratione Reipublicæ parenti mortuo ſucceſsit, cum antea vixiſſet in illuſtriſsimis aulis patrui Georgij, & Alberti epiſcopi Moguntini Electoris, & tandem Ioannis Friderici Electoris, agnati. Succeſsit autem Mauricius patri in gubernatione tum, cum res admodum turbulentę eſſent & inquietæ, propter ſeditiones, quibus committebantur inter ſe, vt etiam hac noſtra ætate, religionis Chriſtianæ & ſalutaris doctrinę fidei cauſa non ſolum Eccleſiarum præſides, ſed etiam ipſi principes, atque adeo fæx plebis. In tanta igitur rerum omnium perturbatione Mauricius ad principatum euectus nihil antiquius habuit, quàm puritatem fidei conſeruare ſuis, ratus ſe non tam theſaurorum & regionis fertiliſsimę, multitudineq́ꝫ hominum & pulcritudine vrbium ante alias admiratione

digne heredem factum eſſe, quàm veritatis & pietatis paterne, in cer-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0007-4

ta perſuaſione ad ſalutem patriæ plus momenti habere diuini cultus exornationem, quàm geſtationem purpuræ vel regij etiam diadematis. Paulo ante obitum Henrici patris duxit illuſtriſsimi Chattorũ principis Philippi filiam, ex qua ſuſcepit filiolum Albertum & filiam Annam. Albertus infans adhuc deceſsit: cuius mortem parens mollius quã virum fortem deceret, ferre viſus eſt iis, qui putant neminem animoſum & bellatorem merito haberi poſſe, qui non ingenio ſit aſpero, immiti atque adeo ſæuo. Sed non Mauricius talis, nec priſcus ille Ageſilaus, nec alij heroes, qui ardentiſsimo amore ſuos complexi fuere. Si quid tamen vel nomine acerbitatis vel auſteritatis notari potuit in moribus Mauricij militariter potius quàm ciuiliter educati, illud ipſum certò ſcio ſubitò euaneſcet, ſi comparetur cum manſuetudine ipſius & humanitate ac eruditorũ amore. Natura enim bellicoſus ille cum propter occupationes tantam operã, quantam vellet, ſtudiis ſapientiæ dare non potuiſſet, nihilo minus tamen doctrinæ eruditionem eo & honore & admiratione proſecutus eſt, vt Academias non tantum in priori ſtatu conſeruarit, ſed etiam magnificè amplificarit, ſplendidè & copioſè ſuppeditando ea, quæ neceſſaria eſſent, & tribus ducalibus ludis viros celebres præficiendo, qui Chriſtianam fidem & Latinas ac Græcas litteras adoleſcẽtes docerent. Sed de his ſatis. Altero principatus anno accidit, vt diſsidium exiſteret inter Mauricium & Ioannem Fridericum, quod eò

νόμος γενέσθαι, καὶ μεῖζον νομίσας πρὸς σωτηρίαν πατρίδος τὸ σεμνύνειν τὰ θεῖα ἢ ἐφεστρίδα φορεῖν καὶ διάδημα βασιλικόν. ὀλίγῳ πρότερον ἢ τελευτῆσαι τὸν πατέρα Ἐρρῖκον ἔγημε θυγατέρα τοῦ περιφανεστάτου Φιλίππου ἄρχοντος τῶν Χάττων, ἐξ ἧς ἐγένοντο αὐτῷ υἱὸς Ἄλβερτος καὶ θυγάτηρ Ἄννα. ὁ Ἄλβερτος βρέφος ἔτι ὢν ἀπέθανεν. οὗ τεθνηκότος ἐμπαθέστερον ἢ γυναικότερον ἐνεγκεῖν τὴν συμφορὰν ἔδοξε τοῖς οἰομένοις ὅτι οὐδεὶς ἀνδρώδης καὶ πολεμικὸς νομίζοιτ᾽ ἂν δικαίως, ὁ μὴ ἄγριος ὢν καὶ πικρὸς τὸ ἦθος καὶ που καὶ ὠμός. Ἀλλ᾽ οὐ Μαυρίκιος τοιοῦτος, οὔτε ὁ πάλαι Ἀγησίλαος, οὔτ᾽ ἄλλοι ἥρωες φιλοστοργότατοι γενόμενοι. καὶ δή που τὸ στρυφνὸν περὶ τὸ ἦθος καὶ τὸ αὐστηρόν, εἴ τι γέγονεν ἐν τῷ Μαυρικίῳ, στρατιωτικῆς μᾶλλον ἢ πολιτικῆς παιδείας μεταλαβόντι, παραβαλλόμενον αὐτὸ τῷ ἡμέρῳ καὶ φιλανθρώπῳ, καὶ οὖν καὶ τῷ φιλομούσῳ, εὖ οἶδ᾽ ὅτι ἐν ἀκαρεῖ ἀφανισθήσεται. φιλοπόλεμος μὲν γὰρ ὢν τῇ φύσει, καὶ ὑπ᾽ ἀσχολιῶν, ἐφ᾽ ὅσον ἦν πρόθυμος, ἀσκῆσαι τὴν φιλοσοφίαν καὶ μαθεῖν οὐκ ἐξικόμενος, τὴν παιδείαν ὅμως ἐτίμησέν τε οὕτω καὶ ἐθαύμασεν, ὥστε τὰς Ἀκαδημίας οὐ μόνον ἐν τῇ πρότερον καταστάσει διασῶσαι, ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπῶς αὐξῆσαι, λαμπρῶς, καὶ δαψιλῶς ἐπιχορηγήσαντα τὰ δέοντα, καὶ τρισὶ διδασκαλείοις ἡγεμονικοῖς ἐπιστήσαντα ἐλλογίμους ἄνδρας, τῆς τε χριστιανικῆς πίστεως καὶ ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν μαθημάτων διδασκάλους. Ἀλλὰ περὶ τούτων ἅλις. τῷ δευτέρῳ τῆς ἡγεμονίας ἔτει συνέβη διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους τόν τε Μαυρίκιον καὶ τὸν Ἰωάννην Φειδερῖκον ἐς τοσοῦ-

το φιλονεικίας προελθεῖν, ὥστε ἑκάτερον ὁπλίσαι δύναμιν ἐκ τῶν ἀρχομένων. καὶ εἰς τὸ αἷμα ἴσως ἐτελεύτησεν ἂν αὐτοῖς ἡ διαφορὰ, εἰ μὴ διέλυσεν αὐτὴν ὁ περιφανέστατος ἡγεμὼν τῶν Χάττων ὁ Φίλιππος πενθερὸς τοῦ Μαυρικίου. τὴν αἰτίαν, ἀφ' ἧς πρῶτον διαστῆναι ἐρίσαντε κατὰ τὸν ὅμηρον ὁ πολὺς λεὼς φασὶ γεγενῆσθαι ἀμφισβήτησίν τινα περὶ πολίσματος βουρκίνης. οἱ δὲ χαρίεντες τὴν Μοῖραν καὶ τὴν Ἄτην, ἣν καὶ Ἀγαμέμνων παρ' ὁμήρῳ αἰτιᾶται, αὐτὸν φάσκων οὐκ αἴτιον εἶναι. Μετὰ ταῦτα καταβὰς Μαυρίκιος εἰς Παννονίαν τὴν κάτω μετὰ στρατεύματος δαπάναις αὐτοῦ ἰδίαις τρεφομένου παραμικρὸν ἦλθεν ἀποθανεῖν ἢ γοῦν ἁλῶναι ὑπὸ τῶν Τυρκῶν. ἄφνω γὰρ πολεμίων εἰσβαλλόντων ὅπλα αὐτὸς ἁρπάσας ἐκθύμως καὶ ἐνθουσιῶντι ὅμοιος πολὺ πρὸ ἄλλων κατὰ τοὺς γενναίους τῶν σκυλάκων ἐπὶ τοὺς ληϊζομένους ὥρμησεν, τοὺς δορυφόρους καὶ ἄλλους ἐκβοηθήσοντας οὐκ ἀναμείνας. ἐπιφερόμενον δὲ αὐτὸν μεθ' ὁρμῆς σφοδροτέρας θρασύτερον καὶ παραβολώτερον ὑποστῆσαν τὸ ἄγημα τῶν ἱππέων κατέβαλεν. καὶ τάχα που ἀποῤῥυεὶς ἐκ τοῦ ἵππου εἰς γῆν ἀνῃρέθη ἂν, εἰ μὴ τῶν δορυφόρων τις ἀνὴρ οὐ τῶν ἀφανῶν ὅσα εἰς τὸ γένος Σεβαστιανὸς ὁ Ῥίβιωνος προσδραμὼν ὑπὲρ τοῦ Μαυρικίου διεκινδύνευσε πρὸς πολλοὺς μόνος, ἐγνωκὼς ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ στρατηγὸν ἀπολιπεῖν κείμενον. ἐν τοσούτῳ δὲ πολλῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου προσελασάντων τροπὴ τῶν Τυρκῶν ἐγεγόνει. καὶ ὁ δορυφόρος ἀνελπίστως μὲν τὸν Μαυρίκιον περιεποίησεν, αὐτὸς δὲ ἐκ τῶν τραυμάτων κακῶς ἔχων εἰς τὴν παρεμβολὴν ζῶν ἔτι ἀπηνέχθη, καὶ ἡρωικῶς ὑπὲρ τοῦ ἀρχον-

contentionis progreſſum eſt, vt vterque copias ex ſuæ ditioni ſubiectis armarit. Ac fortaſſe ſanguine lis illa finita fuiſſet, niſi cōpoſita foret ab illuſtriſsimo Chattorum duce Philippo Mauricij ſocero. Cauſam diſſenſionis vulgus perhibebat fuiſſe controuerſiam quandam de oppido VVurcina. Homines politi & elegātes conferebāt in fatum & in Aten, quā apud Homer. Agamemnon incuſat, cū ſe culpa omni vacare dicit. Poſt hæc Mauricius cum exercitu, quē ſuis ſumptib. alebat, in Pannoniam inferiorē (Vngariā vulgò appellamus) profectus parū abfuit, quin vel interficeretur vel ſaltē caperetur à Turcis. Ad repentinam enim hoſtiū impreſsionē armis ipſe arreptis alacriter & q. diuino inſtinctu percitus more catulorum generoſorum longe ante alios in prędam agentes irruit, ſtipatores & ceteros, qui auxilium ferrēt, non præſtolatus. Audacius autem & incautius cū vehementiore impetu inuectum equitum turma excepit deiecitq;. Ac forte delapſus ille ex equo in terram occiſus fuiſſet niſi ex ſtipatoribus quidam genere non obſcuro natus Sebaſtianus Ribiſſus accurriſſet, vitæque ſuæ periculo pro Mauricio propugnaſſet, ſolus aduerſus multos, certus mori potius quàm ducem deſerere iacētem. Interim multis ex caſtris aduolantib. Turcæ in fugam vertuntur. Ac ſatelles quidē præter ſpem Mauricium præſenti diſcrimini eripuit, ipſe tamen multis vulnerib. acceptis viuus adhuc in caſtra delatus pulcerimo fine vitam clauſit, cum heroicè pro prin-

cipe ſuo decertaſſet. De hoc periculo audiens aliquando Mauricius à nonnullis falsò confingi admirabilia quædam facinora militaria, quę manu edidiſſet, auerſatus aſſentationis impudentiam nihil aliud ſubiunxiſſe dicitur quàm hoc: Ego verò tũ temporis vbi eram? Cum enim animo eſſet maſculo multo minus adulatores ferre poterat, quàm equus ſternax ſeſſorem. Ex Pannonia reuerſus auxilia adduxit Carolo Imperatori bellum tum gerẽti cum Gallorum rege Franciſco & obſidenti Landreſium. Paulo poſt ipſe & frater Auguſtus denuo ſuppetias laturi Carolo cum lectiſsimo equitatu venerunt in Galliam, & ad Victorini hoſtes egregie fuderunt fugaruntqúe. Tempore obſidionis Landreſianæ cum in oppugnantes tormenta ænea vi ignis globos ferreos horribili cum ſonitu & impetu incredibili eiacularentur cum multorum pernicie, conſpectus eſt Imperator Mauricium temerè ictibus ſe offerentem ſubducere & præcipere, vt recederet, cũ ſubridens hoc, vt aiunt, adderet: Non omnes illam artem tenere, qua vtens aliquis ita diſcurrere poſsit, vt vitatis ictibus planè non vulneretur. Poſt hæc reuerſus ex Gallia in Germaniam motum & bellum in Saxonia periculoſum præſentia ſua celeriter ea ipſa hora, qua congreſſuræ erant acies ſedauit, cum duci Henrico perſuaſiſſet, vt ſe dederet Philippo Cattorum principi & Ioanni Friderico, quibus imperatis ſubito ille bellũ intulerat.

τος ἀγωνισάμενος κάλλιστην τοῦ βίου καταστροφὴν ἐποιήσατο. περὶ τούτου τοῦ κινδύνου ἀκούων ποτὲ ὁ Μαυρίκιος ἐπιψευδομένων τινῶν αὐτῷ ἀριστείας τινὰς, καὶ ἀναπλάττοντας ἐργαχειρὸς θαυμαστὰ, ἀποστρεφόμενος τὸ ἀναιδὲς τῆς κολακείας, οὐδὲν ἐπειπεῖν ἄλλο λέγεται ἢ τοῦτο: ποῦ γὰρ ἐγὼ ἤμην τὸν χρόνον ἐκεῖνον; ἀνδρώδης γὰρ τὴν γνώμην ὢν τοῖς κόλαξιν ἑαυτὸν ἱππάσιμον οὐκ ἀνῆκεν. Ανελθὼν ἐκ τῆς Παννονίας βοήθειαν προσῆγε τῷ Καρόλῳ αὐτοκράτορι πολεμοῦντι τότε τῷ βασιλεῖ τῶν Γαλατῶν τῷ Φραγκίσκῳ καὶ πολιορκοῦντι τὸ Λανδρήσιον, καὶ μετ᾽ ὀλίγον αὐτὸς καὶ ἀδελφὸς Αὔγουστος ἐξ ὑπαρχῆς βοηθήσοντες τῷ Καρόλῳ ἥκουσιν ἱππεῖς εἰς Γαλατίαν ἄγοντες ἐπιλέκτους, καὶ πρὸς τὸ νικήτου τοὺς πολεμίους τρέπουσι, λαμπρῶς αὐτῶν κρατήσαντες. Πολιορκοῦντας δὲ τοῦ Καρόλου τὸ Λανδρήσιον ὡς τοῖς προσβάλλουσιν ἀπιώτων σφαῖραι σιδηραῖ ἐξ αὐλῶν χαλκῶν ὑπὸ πυρὸς ἐξακοντιζόμεναι φοβερῷ ἤχῳ καὶ ὁρμῇ τινι ἀνεκφράστῳ ἅμα φθόρῳ πολλῶν, ὤφθη ὁ αὐτοκράτωρ τὸν Μαυρίκιον ἐπικινδύνως ταῖς βολαῖς ἀντιπᾶντα ὑπάγων, καὶ ἀναχωρεῖν ὀπίσω κελεύων, τοιόνδε ἐπειπὼν, ὥς φασι, μετὰ μειδιάματος. ὅτι οὐ πάντες τήνδε τέχνην εἰδότες τυγχάνουσιν, ᾗπερ χρησάμενός τις δύναιτ᾽ ἂν οὕτω διαθέοντα ἐκφυγεῖν τὰς βολὰς, ὥστε μὴ τιτρώσκεσθαι. Ἐπὶ τούτοις ἐκ τῆς Γαλατίας ἐπανελθὼν εἰς τὴν Γερμανίαν κίνησιν ἐπισφαλῆ ἐν τῇ Σαξονίᾳ καὶ πόλεμον παρὼν ὀξέως τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ᾗ ἔμελλον εἰς χεῖρας ἥξειν, κατέπαυσε, τὸν Ἐρρῖκον ἡγεμόνα πείσας ἐγχειρίσαι ἑαυτὸν τῷ Φιλίππῳ τῶν Χάττων ἄρχοντι καὶ Ἰωάννῃ τῷ Φειδερίκῳ, οἷς ἄφνω ἀπαρασκεύοις ἐναντία ὅπλα ἐκεῖνος ἤρατο.

τούτου τοῦ θορύβου λήξαντος ὁ αὐτοκράτωρ μηνιῶν τῷ τε Φιλίππῳ ἡγεμόνι καὶ τῷ Ἰωάννῃ Φρειδερίκῳ ξιφοφόρῳ διά τε ἄλλας αἰτίας, καὶ διὰ τὸ αἰχμάλωτον γενέσθαι τὸν Ἔρρῖκον καὶ ἐν φυλακῇ κατασχεθῆναι πόλεμον εἰς Γερμανίαν ἐξήνεγκεν ἐρεθισθεὶς οἶμαι καὶ ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς θρησκείας μεταβολῇ δυσχεραινόντων. ὡς οὖν ὁ πόλεμος ἑκατέρωθεν ἀνέῳκτο καὶ κεκήρυκτο ἤδη σαφῶς ὁ Μαυρίκιος μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Αὐγούστου τῷ Καρόλῳ συμμαχεῖν ἠβουλήθη, ἤτοι ἀσφαλέστατον ἡγησάμενος, ἢ δικαιότατον προσθέσθαι τῷ αὐτοκράτορι, ἄλλως τε ὑποσχομένῳ ὅτι οὐδὲν τῶν Ἐκκλησιαστικῶν μετακινήσει. μετὰ τὴν μάχην ἐν τῇ Μεισνίᾳ γενομένην ὁ Χάττων ἡγεμὼν ὁ Φίλιππος ὑπὸ Μαυρικίου καὶ Βρανδεβουργικοῦ ἄρχοντος τῶν ἑπτὰ ἐγγυησαμένων τὴν ἐπιείκειαν τοῦ Καρόλου πεισθεὶς ἐπιτρέψειν τῷ αὐτοκράτορι τὰ καθ' ἑαυτὸν εἰς ἁλοπήγιον Σαξονικὸν ἱκέτης ἦλθεν, καὶ εὐθὺς, ἀποτρεψάντων δῆθεν καὶ διαφθειράντων τινῶν τὴν χρηστότητα τοῦ αὐτοκράτορος, παρ' ἐλπίδα τῶν ἐγγυητῶν, οὐδὲ ὑπονοησάντων τοιοῦτόν τι γενέσθαι ἂν καὶ τῶν ἄλλων ἀπήχθη, ἰσχυρᾶς φυλακῆς ἐπιστᾱθείσης. καὶ τόδε τὸ πρᾶγμα οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς οὐδ' ὡς ἔτυχε τοῦ Μαυρικίου καθίκετο, καὶ βαθεῖά πως καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο τὴν μέσην, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν διακόπτουσα τὴν ψυχὴν καὶ εἴ τις λέγοι ὅτι ἐπὶ τοῖς οὕτω πραχθεῖσιν ἀπήντηκέν τισιν ἡ μετάνοια οὐκ ἂν οἶμαι δόξειεν ἂν ἀπεικότα λέγειν. Ἐπεὶ δὲ τῷ Καρόλῳ τέλος ἦν τοῦ πολέμου πάντων ἀρχόντων καὶ δυναστῶν εἰς Αὔγουσταν τῶν Οὐινδελικῶν συλλεγέντων ὁ αὐτοκράτωρ ζημίαν ἐπιθεὶς τῷ Ἰωάννῃ Φρειδερίκῳ ἀριστεύσαντι μὲν ἐν τῇ μάχῃ καὶ τρωθέντι,

Hoc tumultu ſublato Imperator iratus Philippo duci & Ioanni Friderico Electori, tum propter alias cauſas, tum quod captiuum in cuſtodia tenerent Henricum Brunoniſuicenſem, bellum in Germania gerẽdum eſſe ſtatuit, irritatus credo etiam ab ijs, qui religionis mutationem iniquo animo ferrent. Cum igitur vtrinque bellum & ſuſceptum & indictum eſſet Mauricius cum fratre Auguſto partes Caroli ſequi voluit, vel tutiſsimum hoc eſſe ratus, vel iuſtiſsimum cõiungere ſe cum Imperatore præſertim pollicito, quod in Eccleſiaſticis nihil mutaturus eſſet. Poſt præliũ in Miſnia commiſſum Chattorum dux Philippus Mauricio & Brandeburgico Electore autoribus qui ſe moderationis Caroli ſponſores offerebãt ſupplex in Salinas Saxonicas venit, ſeq; imperatori dedidit; cuius bonitatem cum nonnulli immutatam corrupiſſent factum eſt, vt ille præter ſponſorum ſpem, ne ſuſpicantibus quidem etiam alijs tale aliquid futurum, abduceretur valida adiuncta cuſtodia. Quæ res non leuiter Mauricij animum perculit, immò plaga illa lethalis & alta medium quodammodo diſſecuit ſi ita loqui licet. Ac ſi quis dicat pœnituiſſe nonnullos poſtea eorum, quæ facta eſſent, à vero credo non aberrauerit. Finito bello Carolus conuocatis omnibus principibus & proceribus in vrbem Vindelicorum Auguſtam Ioannem Fridericum in prælio, in quo fortiter ſe etiam accepto vulnere defenderat, ca-

ptũ parte territorij Miſnici multat & Electoria dignitate, Mauriciumq; & regione & honore donat gratiam ita referre volens pro belli ſocietate. Poſt hęc Syngramma Metaxycum vel Interim appellatum complurium in Germania turbarum occaſio extitit. Multique qui ſimulabant ſe religionis cauſa odia ſuſcipere Mauricium criminabantur quaſi doctrinam Apoſtolicam ſinceram & integram non conſeruaſſet. Iniquam autem fuiſſe calumniam illam, qua tum ipſe tum Philippus Melanchthon petebatur, conſtat ex ijs monumentis, quæ fide digni autores reliquerunt. Quis autem non miretur ignoraſſe illos, quod mendacia ſua occulta habere non poſſent verba facientes ad eos, quibus omnia nota eſſent? Eodem tempore accuſationibus non nullorum affirmantium ſolum Melanchthonem aduerſando communibus decretis etiam alios ab aſſenſu auertere, Imperator Carolus ita inflammatus & incitatus eſt aduerſus Philippum, vt in extremo illo verſaretur periculo. Et perijſſet fortaſſe, niſi eum Mauricius ſeruaſſet, cuius laudes innumerabiles non mediocriter auxit & hæc ſolicitudo magnanimo Principe digna. His geſtis Mauricius Imperatoris mandatu Magdeburgum in Saxonia obſidet, eaq; poſt decem & tres menſes potitur, ciuibus dedentibus ſe principi tolerabiles conditiones offerenti etiam cum extrema fame conflictantibus. Tempore obſidionis illius Mauricius colluuiem militum quæ in diœceſi Verdenſi conflu-

αἰχμαλώτῳ δ' ὅμως ληφθέντι τάς τε πόλεις Μεισνιακὰς αὐτὸν ἀφείλετο καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς ξιφοφορίας λεγομένης, τὸν Μαυρίκιον τῇ τε χώρᾳ καὶ τῇ τιμῇ δωρησάμενος, καὶ οἱονεὶ χαριστήρια αὐτῷ ἀποδοὺς τῆς συμμαχίας. μετὰ ταῦτα τὸ μεταξυκὸν λεγόμενον σύγγραμμα παμπλείστων ἐν τῇ Γερμανίᾳ ταραχῶν ἐγένετο πρόφασις καὶ πολλοὶ τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐχθραίνειν καταχηματιζομένων διέβαλλον τὸν Μαυρίκιον ὡς οὐκ ἀκέραιον καὶ ἄθραυστον διασεσωκότα τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν. ὅτι δὲ ἀδίκως ἐπὶ τούτῳ διεβάλλετο αὐτός τε καὶ οἱ περὶ Μελάγχθονα, δῆλον ἐξ ὧν ἀξιόπιστοι ξυγγραφεῖς καταλελοίπασι. καὶ πάνυ τις θαυμάσειεν ἂν ἐκείνων εἰ ἠγνόησαν, ὅτι οὐ λήσουσι ψευδόμενοι ἐν τοῖς εἰδόσι τοὺς λόγους ποιούμενοι. τοῦ αὐτοῦ δὲ χρόνου κατηγορίαις τινῶν διισχυριζομένων ὅτι μόνον οἱ περὶ Μελάγχθονα ἐναντιούμενοι κοινοῖς δόγμασι, καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπουσι τῆς συγκαταθέσεως, αὐτοκράτωρ Κάρολος οὕτως ἐξεκαύθη καὶ παρωξύνθη κατὰ Φιλίππου ὥστε ἐσχάτοις αὐτὸν περιπεσεῖν κινδύνοις. καὶ ἀπολώλει ἂν ἴσως, εἰ μὴ διεσώθη πρὸς Μαυρικίου, οὗπερ ἐπαίνους ἀναριθμήτους οὐ μετρίως ηὔξησε καὶ αὕτη ἡ κηδεμονία μεγαλόφρονος ἡγεμόνος ἀξία. Ἐπὶ τούτοις ὁ Μαυρίκιος προστάξαντος τοῦ αὐτοκράτορος Παρθενόπολιν ἐν τῇ Σαξονίᾳ ἐπολιόρκησεν ἐγκρατὴς αὐτῆς μετὰ μῆνας δέκα καὶ τρεῖς γενόμενος παραδόντων ἑαυτοὺς πολιτῶν τῷ στρατηγῷ σπονδὰς οὐκ ἀφορήτους προτείναντι καίπερ εἰς ἔσχατόν πως λιμοῦ ἀφικομένοις. μεταξὺ πολιορκίας τῆς δὲ πλῆθος στρατιωτῶν ἐν τῇ διοικήσει Ουερδαίᾳ συλλεγὲν αἰφνιδίως ὁ Μαυρίκιος

καταπληξάμενος, ὥσπερ ὀρνίθων σπερμολόγων συνδρομὴν διεσκέδασεν. θαυμαστῇ ταχυεργίᾳ ἀποσκεδασάμενος ἀφορμὴν ἐπισφαλοῦς θορύβου. Ταῦτ᾽ οὖν πράξας ὁ Μαυρίκιος, καὶ ἐν τῇ παρθενοπόλει διαθεὶς ἅπαντα ἐφ᾽ ἑαυτοῦ καθ᾽ ὃν ἐβούλετο τρόπον, οὐκ ἐπελάθετο ὧν τῷ πενθερῷ Φιλίππῳ ὑπέσχετο ἐγγυησάμενος αὐτῷ, ὡς ἔφθημεν εἰρηκότες, καὶ σωτηρίαν καὶ συγγνώμην παρ᾽ αὐτοκράτορος. Οὐκοῦν εὖ εἰδὼς τρεῖς αἰτίας οὔσας δι᾽ ἃς ἄνθρωποι παραβαίνουσι τὰς ὑποσχέσεις καὶ ψεύδονται, ἢ γὰρ εὐθὺς ἐξαπατῶντά τινα φάναι, ἢ φήσαντα ὕστερον μετανοεῖν, ἢ βουλόμενον ἐξασθενεῖν. τούτων τὸ μὲν πρῶτον φαύλης εἶναι προαιρέσεως ἡγήσατο, τὸ δὲ δεύτερον ἀσθενοῦς κρίσεως, τὸ δὲ τρίτον ἐνδεοῦς δυνάμεως. τοιγάρτοι βουληθεὶς ἀεὶ τότε φιλάγαθον φυλάττειν, καὶ τὸ βέβαιον, καὶ τὸ τελεσιουργὸν κατὰ τάχος ἐπὶ Κάρολον ἠπείγετο συμμάχους ἔχων τοῦ Φιλίππου ἡγεμόνος υἱὸν πρεσβύτατον, καὶ Ἄλβερτον τὸν μαρχίωνα πάντα ἐν ὑστέρῳ τῆς τοῦ πενθεροῦ ἐλευθερώσεως τιθέμενος. ὁ αὐτοκράτωρ τότε εἰς πόλιν Οἴνου γέφυραν ὀνομαζομένην νοσηλευόμενος ὑποκεχωρήκει. καὶ ἐκπλαγέντα αὐτὸν τὴν τῆς ὁρμῆς ὀξύτητα, καὶ βαρυθυμοῦντα παρηγορῶν τις τῶν περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων Ἰβηρικῶν θαρρεῖν ἐκέλευσε τὴν δυσχωρίαν προβαλλόμενον, καὶ αὐτοφυὲς τῶν τόπων ἔρυμα ἄλλως τε τὴν πάροδον στρατιωτῶν φυλαττόντων, καὶ ὀχυρωτάτου χωρίου Ερεπίργου φρουρῷ κατεχομένου. τούτων ἀκούσας ὁ αὐτοκράτωρ ἠρώτα εἰ οἷόν τε περιελθόντα τινὰ τὰ ὄρη διά τινων ἀτραπῶν, κἂν στεναὶ καὶ παράκρημνοι εἶεν ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς κορυφὰς ὄρους ἐν ᾧ χωρίον ἔκτιστο, τὰς ἄκρας περικλεῖον.

xerat repentè adeo terruit vt auicularũ inſtar diſſiparentur: Atq; ita admirabili celeritate occaſionẽ remouit periculoſi tumultus. His expeditis Mauricius rebusq; omnib. Magdeburgicis pro ſuo arbitratu diſpoſitis, non oblitus eſt eorũ, quę ſocero Philippo promiſerat cum ſpopondiſſet, vt ſupra dictum, fore, vt & ſalutem & veniã ab Imperatore impetraret. Non ignarus autẽ tres potiſſimũ cauſas eſſe ob quas homines pro miſſis non ſtent: aut enim ſtatim fallẽdi animo dicere aliquid, aut poſtea dictorum ipſos pœnitere, aut in voluntate pręſtandi, deſtitui perficiẽdi facultate: quorum primo iudicauit indicari voluntatis improbitatẽ, altero iudicij infirmitatem, tertio virium inopiam: Idcirco volens Mauricius oſtendere & principem probum ſe eſſe & cõſtantem & efficacem magna celeritate cõtra Carolum mouit, ſocios expeditionis habẽs Philippi ducis natu maximũ filium & Albertũ Marchionem omniaq; poſt ſoceri liberationẽ ducens. Imperator tunc corpore æger Oenipontẽ ſeceſſerat: Hũc expeditionis celeritate perculſum grauiterq; animo commotum quidam ex proceribus Hiſpanis, qui tum aderant cõſolans bono animo eſſe iuſſit, quod locorum aſperitas & naturale Alpium munimentum hoſtem arcerẽt, & milites inſuper tranſitũ cuſtodirent caſtellumq; firmiſſimum Ereburgum præſidio teneretur His auditis Imperator quęſiuit, num etiã fieri poſſet vt aliquis circumeundo mõtes per ſemitas quãuis anguſtas & pręcipites ad [...] caſtellum iuga claudens ſitũ eſſet:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0013-7

Hæc cum Carolus quæreret reſpondit ille, cuius modò mētionem feci tribunus puto Hiſpanorum: poſſe circuiri montes illos, ſed hoſtes propter ingenij ruditatem ad eiuſmodi ſtrategemata animum nō aduertere, multò minus facturos, vt tantam rem aggrederentur laborum inſolētes. Ad hoc Carolus, qui & ducem probè noſſet & copias ipſius: Si qua, inquit, ſemita eſt ad caſtellū milites ducens, iuratus affirmo iam iam illud captum iri. Vix finierat ſermonē cum Mauricius aduentare nunciatur ſuperatis iugis & caſtello expugnato: vnde tantus tumultus & trepidatio extitit: vt imperator ipſe hactenus per totam vitā inuictus Oeniponte relicto alio ſe conferret territus vna cū fratre Ferdinando. Tam altè aūt in pectus Caroli deſcenderūt ea, quæ facta erāt, vt nunq̄ potuerit eorū obliuiſci. Et cogitationem ipſi nō rarò perhibent iniectam, poſt ſeceſsionē illā, abdicandi ſe imperio. Id quod tandē fecit in Hiſpaniā reuerſus. Poſt expugnationē Caſtelli Mauricius cum ad milites ob rē bene geſtā duplex pro more ſtipendiū & quidē non ſine tumultu efflagitātes audacius acceſsiſſet parū abfuit, quin interficeretur: fuga igitur ſibi cōſulere coactus. Oppidū Oenipontē nullo defendente occupatū militi diripiendū conceſsit hoc edicto addito vt Hiſpanorū res agerent ferrentq́;, Ciuiū & Ferdinandi bonis abſtinerent vim & manus. His ex ſententia animi geſtis Paſſauiam regreſſus eſt cum copijs, ibiq́; propoſitis Im-

ταῦτα τοῦ Καρόλου ἐρωτήσαντος ἀπεκρίνατο ἐκεῖνος, οὗ μνείαν ἐποιησάμην. χιλίαρχος οἶμαι τῶν Ἰβήρων, δυνατὴν μὲν εἶναι περιήλησιν ἐκείνην καὶ κύκλωσιν, ἀλλὰ τοὺς πολεμίους διὰ μὲν τὴν ἀφυΐαν τοιούτοις στρατηγήμασι νοῦν οὐκ ἐπέχειν, πολὺ δ' ἧττον ἐπιχειρῆσαι ἂν τηλικούτῳ ἔργῳ ἀήθεις ὄντας τῶν πόνων. τούτων λεχθέντων ὁ Κάρολος καὶ τὸν στρατηγὸν εἰδὼς καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν, εἴ τις, ἔφη, τρίβος ἐστὶν ἄγων τοὺς στρατιώτας πρὸς τὸ χωρίον ἐπομοσαίμην ἂν ἦ μὴν ὅσον αὐτίκα καταληφθῆναι ἂν αὐτό. Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος κατ' ὅμηρον, καὶ καθηγγέλθη Μαυρίκιος ἐπελαύνων καθυπέρτερος γινόμενος τῆς ἄκρας καὶ φρούριον ἑλών, ἐφ' ᾧ δὴ θόρυβός τε πολὺς ἦν καὶ φόβος ἁπάντων. καὶ ὁ αὐτοκράτωρ αὐτὸς ἄμαχός τις τέως ὢν καὶ ἀνανταγώνιστος δι' ὅλου βίου ταραχθεὶς ἄλλοσέ ποι σὺν ἀδελφῷ Φερδινάνδῳ ἀπ' Οἴνου γεφύρας ὑπεχώρησεν. Οὕτω δὲ βαθέως καθίκετο τοῦ Καρόλου τὰ γινόμενα, ὥστε οὔποτ' ἐδυνήθη ἐπιλαθέσθαι αὐτῶν, καὶ ἔννοιαν αὐτῷ φασὶν ἐπελθεῖν πολλάκις μετὰ τὴν ἀναχώρησιν ἐκείνην τοῦ τὴν ἀρχὴν ἀφιέναι. ὅπερ καὶ τέλος ἐποίησεν εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἐπανελθών. μετὰ τὴν τοῦ φρουρίου ἅλωσιν Μαυρίκιος τοῖς στρατιώταις ἐπὶ τῷδε τῷ κατορθώματι, κατ' ἔθος, μισθὸν διπλάσιον σὺν θορύβῳ ἀπαιτοῦσιν, μάλα θρασέως ἐπελθὼν ὀλίγου διεφθάρη, εἰ μὴ τὴν ταχίστην διέφυγεν. τὴν πόλιν οὖν οὐδενὸς ἀμυνομένου καταληφθεῖσαν ὁ Μαυρίκιος ἐπέτρεψε τῷ στρατῷ διαρπάσαι οὕτως ἄγοντι καὶ φέροντι τὰ τῶν Ἰβήρων, ὥστε ἐκ προστάγματος οὐδὲν τῶν πολιτῶν καὶ Φερδινάνδου χρημάτων ἰδιοποιεῖν ἀφαιρέσει καὶ βίᾳ οἱαδή ποτ' οὖν. Ταῦτα κατορθώσας ἀνεζεύγνυ εἰς Πασσαβίαν πόλιν καὶ ἐνταυθοῖ προτεινάμενος τῷ αὐ-

τοκράτορι εὐγνώμονας διαλύσεις, ταῖς μὲν Ἐκκλησίαις εἰρήνην, τῷ δὲ πενθερῷ καὶ ἀγχιστεῖ ἐλευθερίαν, τῷ δὲ Ὄθωνι Ἐρρίκῳ παλατίνῳ ἀξίωμα, τῇ δὲ Γερμανίᾳ δόξαν, τόλμῃ καὶ εὐτυχίᾳ παραδόξῳ χρησάμενος ἀνεκτήσατο, τοῦ Καρόλου δῆθεν τὰς προκλήσεις αὐτοῦ ἀσμένως δεξαμένου. ἑτοίμην δὲ ἔχων δυνάμιν ἐπείσθη πρὸς τοῦ Φερδινάνδου ἀπάσῃ τῇ στρατιᾷ ἀπιέναι εἰς Παννονίαν τὴν κάτω ἐπὶ τῶν Τυρκῶν ἔθνος ἀρειομανὲς τὴν τῶν χριστιανῶν γῆν σοβαρῶς κατατρέχον καὶ λεηλατοῦν. οὓς παραγενόμενος εὐθὺς ἀνέστελλεν, καὶ ἑνὶ καὶ οὕτως ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ φοβερὸς ἐγένετο δυνάσταις τῆς τε Ἀσίας, καὶ τῆς Εὐρώπης ἀνικήτοις. καί τοι τὸ τῶν Τυρκῶν ἔθνος καὶ περὶ τοῦ τὴν ἀρετὴν Μαυρικίου καὶ ὄνομα καταπλαγῆν οἴδαμεν, ὧν τις αἰχμάλωτος γενόμενος καὶ θεασάμενος τὸν Μαυρίκιον οὐ πολεμικῷ καὶ τετριμμένῳ δι᾽ ὅπλων ἐοικότα, ἀλλὰ γλαφυρὸν καὶ νεοπρεπῆ καὶ πᾶν τὸ σῶμα, κατὰ τὸν Εὐμένην παρὰ Πλουτάρχῳ, διηρθρωμένον ὡς ὑπὸ τέχνης ἀκριβῶς τοῖς μέλεσι θαυμαστὴν συμμετρίαν ἔχουσι. ταῦτα ἰδὼν ὁ βάρβαρος πάνυ ἐθαύμαζεν εἰ Τυρκοῖς φοβερός ἐστιν ἄνθρωπος οὕτω τὸ εἶδος ἡδὺς καὶ τὴν ὄψιν φιλάνθρωπος. βαρβαρικῶς δηλαδὴ ἐν τῷ φρικώδει τῆς προσόψεως τὸ ἀνδρεῖον τιθέμενος. ἀλλ᾽ οὐ πρὸς ὁμήρου τὸ τοιοῦτον, ὃς τὸν Ἀχιλλέα κάλλιστον ἅμα καὶ ἀνδρειότατον εἰσήγαγε. Ἐπανελθόντος δὲ τοῦ Μαυρικίου ἐκ τῆς Παννονίας συνέβη ἐς ἀλλήλους κακοτεχνίαις ἐνίων ὡς πολλοῖς ἐδόκει, συντριβῆναι αὐτόν τε καὶ Ἄλβερτον τὸν μαρχίωνα, ὃν πορθοῦντα καὶ διαρπάζοντα τὰς πόλεις ἐν Γερμανίᾳ

peratori honeſtis cõditionibus, pacem Eccleſijs, ſocero & agnato libertatem, Othoni Henrico Palatino dignitatẽ, Germaniæ gloriam, audacia & felicitate admirabili vſus, recuperauit Carolo ſcilicet conditiones latas non aſpernante. Paratas autem copias cũ haberet autore & ſuaſore Ferdinando cum vniuerſo exercitu in Pannoniam inferiorẽ aduerſus bellicoſam Turcarũ gentem populationibus & prædis agendis agros Chriſtianorum vaſtantem profectus eſt, aduentuq; ſuo confeſtim excurſiones illas repreſsit. Atq; ſic vno & eodẽ tempore inuictis Aſiæ & Europę Dynaſtis terribilis extitit. Ceterùm Turcarum gentem etiã antehac virtutem & nomen Mauricij exhorruiſſe ſcimus: ac quidã ex illis captiuus Mauriciũ conſpicatus non viro militari & duris agitato in armis, vt verbis Poetæ vtar, ſimilem, ſed lepidũ & venuſtũ & iuuenili pulcritudine, quẽadmodum Eumenẽ Plutarchus deſcribit, decorum ita membris admirabili proportione & ęquabili commenſu figuratis, ita toto corpore aptè diſtincto & articulato, vt arte exquiſita & perfecta fictus eſſe videretur: hoc igitur cõſpicatus barbarus valde miratus eſt hominem tam venuſtũ & humanũ aſpectu Turcis ita formidabilem eſſe, cum barbarorũ ſcil. more fortitudinis laudẽ in truci & horrido vultu poneret. Sed nõ ita Homerus, à quo Achilles & pulcerrimꝰ ſimul & fortiſs. introducitur. Reuerſo ex Pannonia Mauricio accidit, vt malis nõnullorũ artibus, quemadmodũ multis videbatur, colliderẽtur inter ſe & ipſe & Marchio Albertus, quem à vaſtatione & direptione Germaniæ

oppidorũ auertere volens Mauricius magna celeritate & ſtudio copijs conſcriptis in Saxonia cum hoſte confligit: ac victoria quidem potitur, ſed ipſe bellici torméti ictu, quem in latere dextero ad ilia acceperat cùm globus arma penetraſſet, tertio poſt prælium die obijt aduerſarij viribus ita fractis, vt omnes occinerent illud, quod vulgò tritum eſt. Victus flet, contra victorem fata tulere. In conflictu illo tum alij illuſtres viri pugnantes oppetierunt, tum etiam Carolus & Philippus duces Brunonisuicenſes Henrici filij & Fridericus Luneburgéſis. Corpus Mauricij per Saxoniam in oppidum Miſniæ Fribergum cum pompa ſplendidiſsima delatum: vbi videre eſt monumentum ingens ſepulto impoſitum ſumtibus illuſtriſsimi fratris & ſucceſſoris Auguſti ſcitè factum ex pulcerrimo lapide: cuius monumenti ſimile haud ſcio an aliud Germania habeat. Mortem eius cum alia prodigia & ſigna multorũ opinione portendere viſa, tum etiam hæc. Sanguineæ guttæ in arborum & herbarum folijs cõſpectæ, eiulatus nocturni exauditi in oppidis, horribiles item in aere fremitus & hominum equorumq; illo campo in quo cõgreſsi fuere, clamores. Præterea viſæ immanes in agris moloſſorũ mutuis in ſe morſib⁹ ſæuientiũ pugnæ, quæ adeò augerentur, vt neq; clamorib. paſtorum nec verberib. dirimi potuerint. Maxima verò hęc, quod primũ tentoriũ principis venti procella ſubito exorta, reliqs omnib.

παίειν βουλόμενος ὁ Μαυρίκιος σπουδῆς οὐδὲν ἀπολείπων ὀξυλάτης, σὺν στρατῷ ἠθροισμένῳ ἐν τῇ Σαξονίᾳ τῷ Αλβέρτῳ ὑπήντησε καὶ συμβαλὼν αὐτῷ τῆς νίκης μὲν ἐγκρατὴς ἐγένετο, αὐτὸς δὲ καιρίαν πληγὴν ἐκ σφαίρας σιδηρᾶς διὰ παντὸς ὅπλου χωρησάσης ἐς τὴν πλευρὰν δεξιὰν κατὰ λαγόνας λαβὼν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἀπέθανεν, τὸν ἀνταγωνιστὴν οὕτω τεταπεινωμένον καταλιπὼν ὥστ' ἐπειπεῖν πάντας τοῦτο τὸ θρυλλούμενον Κλαίει νικηθεὶς ὁ δὲ νικήσας ἀπόλωλεν. Εν δὲ συμπλοκῇ ἐκείνῃ καὶ ἄλλοι περιφανεῖς ἄνδρες μαχόμενοι ἔπεσον καὶ δὴ καὶ ὁ Κάρολος καὶ ὁ Φίλιππος ἡγεμόνες βρουνωνισφικαῖοι τοῦ Ερρίκου παῖδες, καὶ ὁ Φρειδερῖκος Λουνεπυργιαῖος. ὁ νέκυς ὁ τοῦ Μαυρικίου μετὰ πομπῆς σεμνοτάτης διὰ Σαξονίας ἐπὶ τὸ ἄστυ Μισνίας Φρίβεργον ἐνέχθη ὅπου ἰδεῖν ἐστι μνῆμα παμμεγέθες τῷ ταφέντι ἐπικείμενον δαπάναις τοῦ περιφανεστάτου ἀδελφοῦ καὶ διαδόχου Αὐγούστου ἐς κάλλος ἐξησκημένον λίθου τοῦ καλλίστου, οἷον μνῆμα οὐκ οἶδ' εἴ τι ἕτερον ἡ Γερμανία ἔχει. τὸν θάνατον αὐτοῦ τά τε ἄλλα τέρατα καὶ σημεῖα, ὡς πολλοῖς ἔδοξε, προυσήμαινε, καὶ σὺν καὶ τάδε. αἷμα ἐπὶ φύλλα τῶν δένδρων καὶ ἐπ' ἄλλην ὕλην ἐν Μισνίᾳ κατέσταζεν, καὶ γόοι νυκτερινοὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐξηκούσθησαν, καὶ φοβεροὶ ἦχοι ἐν τῷ ἀέρι, καὶ βοαὶ ἀνδρῶν τε καὶ ἵππων μεσονυκτίου ὄντος, ἐν τῷ αὐτῷ πεδίῳ ἐν ᾧ ἀλλήλοις ἐπίεσαν. ἐπὶ τούτοις ἐν τοῖς ἀγροῖς ὤφθησαν θηριώδεις μάχαι μολοσσῶν ἀλλήλοις συμπλακέντων εἰς τοσοῦτον αὐξανόμεναι, ὥστε μήτε βοαῖς μήτε πληγαῖς τῶν ποιμένων διακριθῆναι δύνασθαι. καὶ τὰ μέγιστα, ὅτι μὲν πρῶτον τὸ σκήνωμα τοῦ ἄρχοντος ἀνέμου θύελλα ἄφνω ἐπιγινομένη διέσπασε

τῶν λοιπῶν οὐδὲν πεπονθότων. ἔπειτα δὲ καὶ τῇ ἀκροπόλει Περλιναίᾳ ὀλίγαις ἔμπροσθεν ἡμέραις τῆς μάχης ἐκείνης, οὐδενὸς κινήσαντος, κεφαλὴ κατέπεσεν ἐκ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ Μαυρικίου, οὗ εἴ τις ἡλικίαν καὶ φρόνημα, καὶ ἔργα θεωρεῖν ἐθέλοι, εἰκότως ἂν παραβάλλειν αὐτὸν δύναιτ᾽ ἂν ἡγεμόσιν εὐτυχεστάτοις καὶ μεγίστοις. καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ τοῦ Μαυρικίου. οὗπερ ἐν ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς οὐχ ἥκιστα ἐπαινέσαιμι ἂν τὸ εὐδιάλλακτον τοῖς προσκρούσασι κατ᾽ αὐτοῦ. Εἴ ποτε γὰρ εἰς ὀργὴν προήχθη, καὶ εἶχεν αἰσθητικῶς ἑαυτοῦ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος, τραχυτέρου γινομένου, οὐ πρότερον ἡσύχαζεν πρὶν καὶ τῷ βλέμματι φαιδρῷ καὶ λόγῳ μειλιχίῳ ὑποφαίνειν τὴν εὐμένειαν. Ἐκ τούτων ἃ διὰ βραχέων ἐδιηγησάμην πρόδηλον οἶμαι πᾶσι ὅτι οὐχ ἁπλῶς, ὡς πολλοὶ καὶ τῶν σοφῶν ὑπολαμβάνουσι, πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀπολώλεν, ἀλλ᾽ ἰδεῖν καὶ πρότερον ἦν καὶ νῦν ἔστιν ἐν πολλοῖς ἀρχαίας ἀρετῆς λείψανα. Εἰ δέ τι πεπλημμέληται ἴσως αὐτῷ μειρακίῳ ὄντι, συγγνώμην ἀπονεμητέον τῷ τε τοῦ τρόπου ἀφελείᾳ καὶ τῷ νεαρῷ τῆς ἡλικίας, καὶ ψεκτέον τὸ ἀπάνθρωπον τῶν πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπορριπτούντων. θαυμαστὸν δ᾽ οὐδὲν εἰ τὸ αὐτὸ ἔπαθεν τοῖς πάλαι ἡγεμόσιν, οὓς ὑπερεῦγε ὁ Θεμιστοκλῆς εἴκαζε ταῖς δρυσὶ, λέγων ὅτι ἐκείνας ὑπερέχονται οἱ ἄνθρωποι καὶ δέονται αὐτῶν ὅταν ὕῃ, ὅταν δ᾽ οὔσης εὐδίας παρίωσϊ τίλλουσϊν αὐτὰς καὶ περικλῶσϊν. ἀπέθανεν ὁ Μαυρίκιος πρώτῃ ἐπὶ δεκάδι μεταγειτνιῶνος ἔτη βιοὺς τριάκοντα δύο. Εἰς ὃν γέγραπται ἡμῖν ποτε ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον.

ſaluis manentibus, dilacerarit. Deinde quod in arce Perlini de ſtatua Mauricij, paucis diebus ante prælium illud, nulla vi adhibita, delapſum caput eſt: cuius Mauricij ſi & ætatem & animum & facta ſpectes ducibus ſummis & fortunatiſsimis, non indignè eum comparaueris. Cuius in virtutibus alijs non minimùm laudauerim placabilitatem aduerſus eos à quibus eſſet offenſus. Si enim fortè acciderat vt commoueretur ac ſentiret ipſe ſe præter decorum aſperiorem extitiſſe, non ante quieuit quam & vultus hilaritate & blanda compellatione oſtenderet animum reconciliatum. Ex his, quæ breuiter commemorauimus manifeſtũ, credo, omnibus, non ſimpliciter, vt multi etiam ex ſapientibus opinantur, omnia bona in terris periiſſe: ſed cum antea videre licuit tum etiam noſtro tempore licet in compluribus antiquę virtutis reliquias. Quod ſi quid forte adoleſcentulus deliquit, venia danda & morum ſimplicitati & ætati iuuenili, & vituperanda eorum inhumanitas, qui contumelioſè ipſum inſectantur. Neque tamen mirum idem ei accidiſſe, quod priſcis ducibus, quos admodum bellè Themiſtocles quercuum ſimiles eſſe dicebat, quas pluuijs cadentibus ſubirent homines. cum ſereno tempore eaſdem prætereuntes vellerent ramis defractis. Mortuus Mauricius eſt V. Id. Quintilis cum vixiſſet annos 32. De quo olim ſcripſimus Epigramma tale.

Æneadum quidã ex Græcis Philopœmena, dixit
Poſtremum, admirans fortia facta viri.
Mauricium ſed ego haud poſtremum dixero noſtris
E ducibus: fauſto hic omine primus erit.

Αἰνεαδῶν τις ἀγὸς φιλοποίμενα ἔσχατον εἶπεν
Ἑλλήνων, ἀρετὴν ἀνδρὸς ἀγασσόμενος.
Μαυρίκιον δὲ ἐγὼν εὐφημῶν ἔσχατον οὐκ ἄν,
Φαίην δ' ἡμετέροις πρῶτον ἐν ἡγεμόσιν.

FINIS.

Vc 7755 OK

nc

ULB Halle 3
005 739 446

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0019-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497009-p0020-5

c.22,56.

Ve 2755

VITA

Fortiſſimi & laudatiſſimi ducis DD.

MAVRICII SAXONIAE QVONDAM ELECTORIS

Græcè conſcripta ac in Latinum ſermonem conuerſa

A

Simone Stenio Lomacenſi.

HEIDELBERGAE

Typis IOSVAE HARNISCH.

M. D. XCIII.

.21: